



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LXXXVIII. De revocante equum commodatum ante usum, &
commodatario equum destruyente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

quantocyus revocaretur absque ur-
genti causa, præsumeretur dolus, & ani-
mus illudendi potius vel nocendi, quàm
beneficiendi Precarium accipienti.
Gonzal. n. 8. cum Bachovio ad Treu-
lerum, cui conspirant alii passim.
Debet igitur Precarium saltem ad ali-
quod tempus juxta arbitrium Judicis
relinqui, cui concessum est, ne prorsus
omni usu & commodo destituatur ob-
tans, & sic Precarium naturam be-
neficii, quale est, amittat; seclusâ ni-
mirum gravi & urgente causa, quæ,
si advenit, purgat præsumptionem
doli. Atque sic intelligendi sunt Co-
mmodat. & Gibalin. Ad IV. dist. Antec.
non revocatur morte concedentis,
si absolute est concessum. C. Ant. si
cum clausula, *quandiu voluero*. vel
ad *beneplacitum meum*. N. Ant. propter
c. p. de Refr. in 6. si enim posteriori
modo concessum est, censetur con-
cessio fuisse alligata voluntati & bene-

placito concedentis, quæ voluntas
cum morte concedentis exspirat, &
sic Precarium ei alligatum pariter ex-
tinguit. Ad V. Hujusmodi pactum
& promissio, quia adverstatur naturæ
ac essentiæ Precarii, ipso Jure est nul-
la. l. 12. ff. b. t. Abb. in c. fin. eod. n. 3.
4. Molina de J. & J. tr. 2. d. 298. n. 4.
Gonz. lo. cit. n. 8. ac alii communiter.
Unde, etsi Precarium ad certum
tempus fuisset concessum, tamen ante
lapsum hujus temporis adhuc liberè
revocari posset. l. 12. cit. nisi nimirum
hujusmodi pactum adjectum efficeret
contractum alterius naturæ, v. g.
Commodatum, vel Donationem, aut
nisi saltem dubium redderet, an non
in naturam alterius contractus transi-
isset hujusmodi pactum de non revo-
cando ante certum tempus; tunc
enim, ne actus sit nullus, ita explicari
debet, ut potius sit Commodatum,
vel Donatio, quàm Precarium.

TITULUS XV.

De Commodato.

DECISIO LXXXVIII.

De Commodante equum, ante hujus usum revocan-
te illum, & Commodatario nihilominus equum non
restituente, imò abutente.

SPECIES FACTI.

Philippus Mercator, commodatò ne, ut Monachium posset excurrere
accepit equum à Jacobo Caupo- ad spectandam homagii solennitatem
S s s 3 & ali-

& alios illius occasione instituendos festivos ludos. Sed antequam discederet loco Philippus, repente avocatur per litteras Angustam caupo, ut ibi gravi momenti negotium conficeret, Quapropter repetit equum à Philipo, tanquam sibi necessarium ad proprium iter capeendum. Is verò curiositate victus non obstante interpellatione cum equo discedit Monachium; at in reditu incidit in amicum, qui liberaliter excepit Philippum, adeò ut iste vinò largiùs haustò gravis, solitòque lætior effectus, ita abuteretur equò, ut intra paucos dies perjerit.

Cùm igitur Jacobus ob duplex dænum. I. quod passus est ex equo quem revocaverat ante Philippi discessum, sibi non reddito. II. quod passus est ex equi interitu, convenisset Philippum pro satisfactione præstantis iste binam exceptionem opposuit, quòd equum sibi commodatum ad usum restituere non fuerit obligatus. II. quòd pro interitu equi satisfactionem possit ac velit per compensationem debiti liquidi 60. florenorum, quòd sibi aliunde obstructus erat Jacobus. Itaque.

QUÆRITUR. I.

Utrum Commodans rem commodatam ante ejus usum possit avocare ob eventum inopinatum propriam necessitatem, & Commodatarius teneatur reddere?

PRO Negativa facit I. quòd nemo possit mutare consilium suum in detrimentum alterius. c. 33. de R. J. in 6. sed Commodans, qui rem alteri utendam concessit, atque iterum revocat ante usum, ad quem fuit concessa, mutat consilium in detrimentum alterius, nempe Commodatarii: ergo. II. Commodatum imitatur naturam Donationis, quia in hoc contractu res conceditur & traditur ad usum gratis ac sine mercede: sed Donatio revocari nequit, etsi postea casu inopinato eveniente Donator ipse eadem re semel donatà indigeret: ergo. III. Quamvis quilibet sibi magis, quàm alteri obligetur, & durum sit re propria ca-

rere ob alterius utilitatem, per l. C. de servitut. id tamen solum procedit, ubi cætera sunt paria. gl. in l. v. Preses: sed in proposito casu cætera non sunt paria; cum Commodans ex sua libera voluntate jam concesserit alteri usum rei suæ, adeoque eadem suam interposuerit, cui standum.

Sed longè mihi probabilius videtur Philippum in substrata facti commodationis equum revocare potuisse ob inopinatò eventum casum, quòd ipse equo suo indigere coepit. Itaque non tantum propter l. 3. C. de locat. ubi Locans v. g. domum propter eventum antè non prævisum ipse pro sua necessitate

ante incipit indigere hac sua domo ad habitandum, repetere permittitur illum ante tempus Locationi præfixum, & usum Conductoris necdum finitum: ergo à fortiori licebit etiam avocare rem Commodatam, quando quis ante usum Commodatarii eadem indigere incipit; cum Commodans gratis & sine mercede concedat alteri usum rei suæ, Locans verò pro mercede & pretio. Sed etiam ex ratione, vel præsumpta aut potius tacita mente Commodantis, eò quòd rem suam alteri gratis concedendo ad usum non censetur voluisse sibi præjudicare pro eventu, quo præter intentionem ipse re sua opus habet, sed potius ejus usum sibi reservasse pro tali usu, ad levandam propriam ac antea non prævisam indigentiam necessario. Equitas igitur non patitur, ut aliquis in proprium damnatum careat re sua ob repentinum eventum, alter verò, cui profusus gratuitò fuit concessa, commodum ferat. Ex quibus

Facile est ad contraria respondere. Ad I. quidem; quia dicta regula ex æquitate, & tacita, vel saltem præsumpta mente Commodantis patitur limitationem hanc, nisi nempe rationalis superveniat causa mutandi consilium, uti in substrato planè supervenit. Ad II. Negatur paritas; nam Donans facta traditione rei donatæ transtulit dominium in donatarium, & ideo extra casus in Jure permisos Donatio revocabilis non est: Commodans verò non transtulit dominium, sed usum duntaxat. *l. 8. ff. commodati.* & quidem sub conditione tacita, nisi ipse inopinatò eadem re indigeat. Ad III. Negatur *Min.* & argumentum, sicut reliqua duo, retorquetur in Locante: sicut enim Locator, ita & Commodator rem suam alteri non concedit ad usum absolutè, sed sub tacita conditione, nisi nimirum ipse ob casum antè non prævisum indigeat re sua ad usum.

QUÆRITUR. II.

An in Commodato locum habeat compensatio, si res commodata per culpam Commodatarii perit?

A Rridere fors posset sententia negans, quam Fornerus, Bocerus, Hilliger in Donello enucleato *lib. 16. c. 15. ad litt. X.* Vulteius & Arumæus, alique non sperendæ auctoritatis Jurisconsulti, ut ipse loquitur, cum & apud Joannem Harpprecht *Inst. tit. quib. mod. re contr. obl. §. 2. n. 51.*

53. suis corroborant calculis, nimirum *l. Propter cit. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl.* ubi expressè statuitur, Commodatarium teneri *de re commodata* Commodanti restituenda: ergò loco rei commodatæ non potest Commodatarius substituere aliud, & facere compensationem, quia debitum vicissitudi-

ciffitudinarium, quo compenfaretur res commodata, non est res ipfa commodata.

II. Propter *l. fin. C. de Commodato*. ubi Imperatores Diocletianus & Maximianus sic refcripferunt: *pretextu debiti refitutio commodati non probabiliter recufatur*; ergo commodatum non admittit compenfationem; aliàs enim, *probabiliter*, h. e. iufte & legitime recufaret Commodatarius refitutionem commodati fub pretextu debiti, quo commodantem fibi haber obftrictum; quod est contra textum. Neque fas est dicere cum Cuiacio & ejus fequacibus, quòd in textu non fit legendum *commodati*, fed *commendati*, id est *depositi*; nam contra est, quòd teste Harpprecht *n. 52.* in omnibus exemplaribus tam manufcriptis quàm impreffis legatur *commodati*. Dein citata lex non ponitur ad titulum *depositi*, ubi agitur de commendato, fed in titulo *de Commodato*. Igitur Cuiaciana lectio merito rejicitur tanquam commentitia.

III. Propter *l. fin. C. de Compensat.* ubi diferte negatur compenfatio in Deposito, ita ut Depositarius, feu apud quem res est depofita, pro hac non poffit facere compenfationem pro debito, quo fibi Deponens est obligatus, fed tenetur rem ipfam depofitam reddere, nimirum propter exuberantem in depofiti contractu bonam fidem, ad quam Depositarius est obligatus, cui res cuftodienda fuit tradita: ergo à fortiori etiam in Commodato neganda est compenfatio;

nam Depositarius nullam omnino utilitatem habet ex depofito, & tamen tenetur rem ipfam reddere; eodem Commodatarius omnem utilitatem percipit ex commodato, confequenter eò magis tenebitur ad rem ipfam commodatam refituendam, nec potest compenfatione uti. *arg. l. 52. ff. de Aquil.* ubi habetur, quòd ex parte vel majoritate rationis idem obferandum fit in damno injurià dato, quo obferuatur in furto. IV. Denique propter naturam commodati, juxta *§. 2. cit. §. l. 2. pr. ff. de re cred. si cert. pet.* exigit, ut eadem in fpecie, quæ commodatò data refituatur: ergo in commodato non procedit compenfatio; quia compenfatio locum duntaxat obtinet in equalitatibus, quæ mutuam inter fe actionem recipiunt, uti funt pecunie & aliæ res fungibiles, & ipfo ufurario fumptibiles, non verò in fpeciebus *l. 26. §. 4. ff. de condit. indub.*

Nihilofecius tamen fuafecerim tibi cum Cuiacio, Giphano, Humio, *20. th. 16. §. hb. 3. varlar. ff. Jur. Civ. tr. 3. p. 3. q. 4.* & aliis magis nominis Jurifconfultis fentias, compenfationem in Commodato quando res commodata perit, vel in fpecie refitui nequit, admittas, quo adverte *l. compenfationem* nihil aliud effe, quàm debiti & crediti feu debiti reciproci contributio, per *l. 20. C. de folut. v. g. debes mihi 100. ego autem tibi 70. in hoc casu per compenfationem cenfetur debitum quoad 70. effe extinguitum.*

compensatum. Debet tamen utrumque debitum esse liquidum; nam liquidi ad illiquidum in Jure nulla est compensatio. l. 4. C. de Compensat. verbis: si constat &c. § l. 5. ff. de statu liberis. Adverte II. Quantitates in ordine ad hanc & similes quaestiones in Jure vocari res illas, quae numero, pondere, vel mensurâ constant, & quae mutuum functionem recipiunt, seu quarum una fungi potest vice alterius in commercio humano, eò quod usu, ad quem ordinantur, consumantur, uti frumentum, vinum, pecunia, quae per suspensionem moraliter censetur perire: quantitatibus verò, quae censentur esse res in genere, & singulae speciem non constituunt propriam, sed communi specie continentur, opponi species, seu res in specie, ut Juristae, vel in Philosophi loquuntur, in individuo, quae singulae propriam habent speciem, ut Pamphilus, Bucephalus, equus determinatus &c. Unde qui quantitatem pro alia quantitate solvit, non dicitur aliud pro alio solvere, quia continentur sub una specie communi: qui verò pro Bucephalo alium equum determinatum, vel pro certo equo pecuniam solvit, censetur aliud pro alio solvere; nam in specie spectatur corpus vel materia: in quantitate autem vis, momentum, & valor: quare species subinde vocatur corpus, pro ut nempe opponitur quantitati. Calvinus in Lexico v. quantitas. Jam resolutionem datam

Probabis I. Sic: in Jure generaliter permixta est compensatio quantitatis ad quantitatem, seu debiti reciproci ex utraque parte liquidi, in quantitatibus consistentis. l. si constat. 4. C. de compensat. ita quidem, ut compensatio fiat ipso Jure non solum ipsius summae, seu capitalis debiti, sed etiam quoad usuras à tempore, quo quantitas utrinque deberi coepit. l. 4. cit. § seq. l. verum 4. ff. eod. l. 7. C. de solut. Sed ab hac regula generali in Jure nullibi excipitur casus, quo reciprocum debitum quantitatis fundatur in contractu Commodati: ergo etiam in Commodato permixta esse censetur compensatio, si species, seu res ipsa commodata, perit, & reddi non amplius potest, sed pro ipsa successit obligatio & debitum reddendi valorem rei, seu quantitatem, arg. l. 1. ff. § l. 4. l. 11. C. de action. empt. sed in nostro casu equus commodatus non amplius reddi potest in specie, adeoque successit debitum quantitatis seu valoris: ergo. Confirmabis, &

Probabis II. ex l. fin. C. de Compensat. ubi Imperator initio dixit, in omnibus actionibus tam in rem quam in personam ipso Jure fieri compensationes, & in fine solam actionem depositi excepit: sed per exceptionem firmatur regula in casibus non exceptis. l. 12. §. 43. ff. de instructo vel instrumento legato. ergo non censetur excepta actio commodati, sed potius comprehensa sub regula initio generaliter tradita. Corroborabis &

Probabis III. ex paritate cum jure retentionis, quae est quadam species

T t t com-

compensationis; nam Commodatarius potest retinere rem commodatam tamdiu, donec ipsi solvantur impensæ, quas sortè fecit in re commodata, & sic eas compensare. *l. 15. §. sed eum. §. l. 59. ff. de furtis l. 10. ff. de doli exceptione l. 20. ff. de acquir. possess. cur ergo compensari nequeat quantitas, seu valor & æstimatto ipsius rei commodatæ cum alia quantitate liquida ab ipso Commodatario, cui eam debet aliunde Commodans?*

Nec timeas in contrarium adducta, quia pleraque omnia sunt extra rhombum, nec tangunt nostrum casum, sed intelligenda sunt de casu, quo res commodata adhuc existit in se, & reddi adhuc potest; tunc enim libenter admittes propter *§. 2. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. & propter l. 2. ff. de reb. cred. ll. 4. §. 8. §. 11. C. de compensat.* item propter *l. fin. C. de Commodato.* locum non esse compensationi; si enim vel ex una tantum parte sit debita species vel corpus, compensatio cessat. per *l. 18. ff. de pignor. act.* eò quòd compensatio sit species solutionis, seu quædam solutio. *l. 4. ff. qui pot. in pign.* Sed aliud pro alio solvi invito creditori non potest. *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* quod tamen fieret, si species cum quantitate compensaretur. Igitur objecta *l. fin. C. de Commodato. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl.* exaudiri debent de Commodato ordinario, ubi res commodata adhuc existit & reddi potest, consequenter & debet secundum dicta. Neque opponatur, quòd hac ratione

quæstio hæc non indignisset decisionem, cum aliunde jam fuerit notum, debitum speciei non admittit compensationem; ac eodem Jure inferri possit, etiam in Deposito tunc tantum compensationem non habere locum, quando res deposita adhuc existit in se, ac restitui potest. Respondeo enim, licet aliunde notum sit, compensationem in debito speciei non procedere, Leges tamen majores declarationis ergo potuerunt permittere compensationem in debito quantitate etiam ex contractu Commodati orn per regulam generalem, qua permittunt compensationem in quantitatibus. *Depositum* solum exceptum propter specialem exuberantiam bonæ fidei, quam iste contractus exigit, & quia Imperator Justinianus in illa *l. fin. C. de Compensat.* ubi interrogatus in genere de compensationibus rescripsit, compensationes in quantitatibus locum habere, motu tamen proprio, & ad nullius consultationem, exceptit actionem depositi, & quidem generaliter, adeoque siue res deposita adhuc existat, siue non, siue petatur ipsa, siue ejus æstimatio, vel quantitas. Brunem. ad *l. fin. C. de Commodato. n. 6.* cum Molina *d. 297. n. 10. de l. §. 1. Bachov. in Treud. Hilliger. Fockeltsh. &c.* Unde ulterius in particulari

Respondere potes ad objectionem III. Negando paritatem intrinsecam Depositionis & Commodati, paritatem quia de prioribus existat specialis exceptio in Jure generaliter, non de po-

noie: partim quia in Deposito, ubi res alteri, in quo specialiter confidimus, traditur custodiæ causâ, longè major fides, quàm in Commodato, ubi res alteri cuiuscunque ad usum conceditur, imò exuberantia bonæ fidei, uti Jus loquitur, requiritur in Deposito: un-

de in ordine ad restitutionem rei absque metu compensationis faciendæ attenditur potius bona fides illius, cuius custodiæ res conceditur, quàm major utilitas redundans in eum, cui conceditur ad usum.

TITULUS XVI.

De Deposito.

DECISIO LXXXIX.

De domo alterius custodiæ commissa, ex qua res ali-
quæ furtô subtractæ sunt.

SPECIES FACTI.

Marquardus, postquam prædium rurale sibi comparaverat, urbem cum tota sua familia deseruit ad aliquot menses æstivo tempore, & ad fruendum ruris deliciis ad dictum prædium se contulit. Antequam verò discederet, custodiam domûs suæ Eustachio, vicino suo & veteri amico, commisit. At Eustachius ex quadam incuria domum, quam die quodam lustraverat, reliquit apertam seu non obstratam. Unde factum, ut fur ingressus magnam suppellectilis

partem surripuerit. Errore animadverto, & simul furtô observatô, dolenter scripsit Marquardo, eique totam rei seriem fideliter aperuit, veniamque petiit. Sed Marquardus, hac deprecatione non contentus, post reditum suum actionem Depositi instituit contra Eustachium, quâ tamen is se non teneri credebat, ajens, rem immobilem non cadere sub contractum Depositi, imò, etsi hoc esset, suppellectilem tamen, quæ furtô subtracta est, ad Depositem non spectare.

T t t 2

QUÆ